

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

121. Quænam pœnitentiæ dilatio sit culpa gravis?

Resp. 2.^o Si pœnitentia sit gravis, et pro gravibus peccatis imposita, probabilis gravis reputanda est dilatio duorum vel trium mensium, quando medicinalis sit, aut adsit periculum oblivionis. Cæterum, nulla regula generalis circa hoc determinari potest. II, 530.

Peccat (graviter) qui diutius eam differt, v. gr., per annum, et etiam per sex menses, ut recte dicit Mazzotta; sed nequiquam qui per mensem eam differt, modo pœnitentia non sit medicinalis..., et modo in posterum posset eam adimplere.—*Homo apost.*, tract. XVI, 57.

122. An pœnitens teneatur confessionem repetere ad pœnitentiæ commutationem obtinendam?

Resp. 3. Probabilis requiritur summaria confessio, si confessarius, saltem in confuso, statum pœnitentis non cognoscat... Attamen probabiliter negat S. Ligorius cum aliis.—II, 532.

Dubium fit: an possit mutari ab alio confessario, quin repetantur peccata? Negant probabiliter Castrop... Sed multi alii etiam probabiliter affirmant, ut Tolet..., et probabile dicunt idem Lugo..., etc.—*Homo apost.*, tract. XVI, 61.

123. An possit simplex sacerdos absolvere moribundum, etiam præsen- te confessario approbato?

(P. Gury, in edit. a P. Baller. adnotata, non vero in anterioribus, resp. doctores inter se dissentire, et ab ipsis sententiæ negativæ defensoribus probabilitatem affirmantis ultro concedi).—II, 551, quær. 8.

(S. Alphonsus ceu *communissimam et tenendam* tuetur sententiam quæ negat sacerdotem simplicem, præterquam in quibusdam casibus, absolvere posse moribundum).—VI, 562, 563.

124. An Episcopus possit sub pœna invaliditatis prohibere ne diœcesani pergant ad confitendum extra diœcesim?

Resp. 2. *Affirmative*, si in alia diœcesi sacerdotibus sæcularibus confiteantur...—II, 555.

Communiter docent doctores peregrinos... posse confiteri cuilibet approbato in loco ubi reperiuntur..., dummodo ex industria non discedant e proprio domicilio...—VI, 569.

125. An ignorantia reservationis vel censuræ ab ea incurrenda excuset?

Resp. 2. Quoad reservationem, *controvertitur*. Negat S. Ligor. cum aliis non paucis... Verum sententiam affirmantem *consentibilem* Salmant., Lugo, Sanchez, etc.—II, 571.

Sententia communior, cui subscribo, universe negat posse absolvi ignorantem reservationem (episcopalem); et hanc tenent Sanch...—VI, 581, Ter- tia sententia.

126. An ignorantia saltem excuset a reservatione, quando cum censura conjungitur?

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

Resp. 2. Pro casibus episcopalibus non una est doctorum sententia. Pro affirmativa, inter alios Aversa assertit doctores communiter in hac doctrina convenire. *Melius tamen Suarez concludit* consideranda esse verba reservationis, consuetudinem, et reservantis potestatem.—II, 571, quær. 2.

Sententia verior negat...; quia in episcopalibus principaliter et per se reservatur casus eique adnectitur censura ad hoc ut peccantes fortius ligentur, et per duplicem reservationem a peccando absterreantur.—VI, 581, dub. 2.

127. Utrum absolvi possit subditus alterius diœcesis, si casus est reservatus tantum in loco confessionis?

Communitus recentiores negant... Affirmant tamen alii *cum antiquorum communissima sententia*.—II, 573, 582.

Sententia (negans) est quidem communior et longe probabilior..., quia reservatio respicit confessarios, non pœnitentes.—VI, 588.

128. An absolvi possit subditus alterius diœcesis, quando peccatum reservatum est in ipsius diœcesi, non autem in loco confessionis?

Resp. 2. Quoad confessarios sæculares, *negant communissime* antiquiores theologi... Recentiores tamen communi confessariis sæcularibus fecerunt privilegium regularium; et, stante communi consuetudine..., censendum est *per ratihabitionem de præsen- ti* hujusmodi peregrinum valide atque etiam licite absolvi.—II, 573, quær. 5.

Prima sententia negat... Secunda *communissima et verior affirmat...* Ratio, quia sic habet universalis consuetudo, ut peregrini quoad confessionem reputentur uti incolæ loci ubi versantur. Hæcque consuetudo approbata est consensu prælatorum, et maxime Eugenii IV...—V, 589.

129. An aliquando inferior possit absolvere habentem peccata reservata extra mortis periculum?

Si impedimentum (accedendi ad facultatem habentem in reservata) duret ad longum tempus..., inferior potest directe absolvere... Quæ autem de reservatione Pontificis dicuntur, *ad reservata episcopalia extendi possunt*. Ita communis sententia apud S. Alphons., num. 585, et lib. 7, num. 92.—II, 575.

Verius docent Suarez... quod, extra articulum mortis, nullus inferior sacerdos potest directe absolvere a reservatis... Hoc vero procedit *in casibus episcopalibus*.—VI, 585.

Casu quo urgeat necessitas, et *Episcopus longe distet*, simplex confessarius potest pœnitentem absolvere directe *tantum super non reservata*, et indirecte super reservata.—VII, 92, in fine. * La nueva legislación que los decretos de las Sagradas Congregaciones ha introducido respecto de las censuras y reservados papales, no ha variado la disciplina antigua acerca de la absolución de las censuras y casos reservados á los Sres. Obispos. (Véanse los números 207 y 2365.) *

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

130. An absolutus a reservatis in articulo mortis ab inferiori, teneatur se sistere superiori, si convalescat?

Nonnulli limitant obligationem... pro casu percussione clerici, aut pro alia reservatione quam forte exceperit legislator, uti sunt casus bullæ Cœnæ... Hanc sententiam dicunt probabilem..., neque contradicere videtur S. Ligor.—II, 576.

An absolutus ab Episcopo in necessitate a casu papali propter impedimentum temporale, excusetur ab adeundo Romam, si part, jam satisfecerit? In priori libro dictum est probabiliter excusari. Sed hic *omnino teneri* dicimus.—VII, 87; *Quæst. reform.* 93. (Véase la nota anterior.)

131. An reservatione ligatus, in necessitate communicandi, aut celebrandi teneatur confiteri confessario simplici, alio deficiente?

Resp. 3. Insuper tenetur confiteri, si habeat mortalia tum reservata, tum non reservata... Ita communissime, inquit S. Ligorius contra aliquos ideo negantes, quia confessarius... jurisdictione caret in talem pœnitentem; *quod plane falsum est.*—II, 577.

Quid si habeat simul mortalia reservata et non reservata? Prima sententia negat...; *et merito hanc probabiliter vocant Suar...* Ratio, quia confessio illa apud inferiorem esset invalida, cum fieret iudici non competenti, qui, ob peccata reservata..., caret omni potestate.—VI, 265, quær. 1 (1).

132. An habens peccata reservata et non reservata teneatur in confessione accusare etiam reservata?

Neg. probabilius. Ratio est, quia alias teneretur bis peccata illa confiteri, scilicet, inferiori et superiori. S. Ligor., num. 265, quær. 2.—II, 578.

Vide num. 265, quær. 2, ubi diximus *probabilem* esse sententiam negativam, *nisi manifestatio reservatorum sit necessaria* ut confessarius possit recte iudicare de dispositione pœnitentis, et opportuna remedia præscribere.—VI, 585, dub. 3.

133. An inferior absolvere possit moribundum a reservatis, præsentate superiore, aut alio facultatem habente?

Resp. 1.º Affirm., si casus sint pure reservati... Resp. 2.º *Affirm. etiam quoad peccata cum censuris reservata.* Eruitur ex Trident... (Imo pro casi-

Quoad censuras reservatas, confessarius simplex non potest coram superiore absolvere; quia cum certum sit moribundum, si convaluerit, teneri su-

(1) Se equivocan las *Vindicias Alfonsianas*. San Ligorio en el lugar citado no dice que no está obligado en ese caso el penitente á confesarse, si tiene otros pecados mortales no reservados: «Sententia probabilior et communissima docet, hunc teneri ad confessionem.»

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

bus papalibus) superflua prorsus foret Episcopi venia.—II, 579, quær. 6 et 7.

periore adire... ut suam obedientiam ostendat... , hinc fit quod, si superior adest, ab eo a censuris infirmus absolvendus est.—*Homo apost.*, tract. XVI, 96 (cfr. lib. VI, 563 et 567). (Véase la nota al núm. 2339.)

134. An tollatur reservatio, si pœnitens, confitendo apud superiorem, casus reservatos obliviscatur?

Affirm. saltem probabiliter... contra alios, qui *etiam probabiliter* negant.—S. Ligor., num. 597, dicit priorem sententiam communissimam, et aliam probabiliorem.—II, 581.

Omnino tamen dicendum puto (addit) reservationem non auferri, quando adesset *positiva præsumptio* quod, si superior audivisset peccatum reservatum, absolutionem distulisset.—VI, 597, in fine.

135. An denuntiandus sit confessarius qui consensit pœnitenti sollicitanti, sed ipse non sollicitavit?

Affirm. Vide decret. 9 ex 16 S. Officii, die 11 Febr. 1661, confirmatis a Benedicto XIV in bulla *Sacramentum Pœnitentiæ*.—II, 591, quær. 2.

Quidam neotericus scripsit, opinionem (neg.) fuisse proscriptam a Benedicto XIV...; *sed perperam id asseruit*, nam Pontifex ibi tantum dixit denuntiationem esse faciendam, etiamsi inter confessarium et pœnitentem mutua fuerit.—VI, 681.

136. An monitio facienda sit in dubio utrum profutura sit vel obfutura?

Resp. 1.º Affirm., si *probabilius profutura sit*; secus, si probabilius obfutura. S. Ligor., num. 616..., contra nonnullos.

Si non timetur de damno, *omnino quidem fieri debet.*—VI, 616, in fine.

Resp. 2.º In dubio ex utraque parte æquali, generatim loquendo, potius vitanda sunt mala formalia quam materialia. S. Ligor., ib.—II, 611, quær. 2.

In duobus tamen casibus *omittendum non est* quia confessarius veritatem pœnitenti aperiat. 1.º Quando pœnitens eum interrogaret... 2.º Cum ex ejus ignorantia damnum spirituale communitati futurum fuisset.—*Homo apost.*, tract. XVI, 116.

137. Quid agere debeat confessarius, si cognoscat certo peccatum aliquod a pœnitente reticere aut negari?

Si pœnitens interrogatus negaverit, nihil reponat; sed, si id possit citra suspicionem, hortetur dumtaxat generaliter ad conscientiam cum omni fiducia aperiendam. Utrum vero debeat confessarius talem pœnitentem absolvere, controvertitur... Imo di-

Alii affirmant absolvendum esse conditionate, alii absolute; sed *melius sentiunt...* quod, cum confessarius moraliter certus est pœnitentem sacrilege occultare peccatum, *non potest eum absolvere*, sed voce submissa debet aliquam recitare orationem ad occul-

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

cunt plures absolutionem *in omni casu concedendum esse*. Hoc autem *satis probabile est*.—II, 619.

138. An requiratur certitudo de dispositione pœnitentis ut absolvi possit?

Resp. 2.^o Requiritur et sufficit iudicium prudens, seu certitudo moralis lata, quæ, ut ait S. Alphonsus, *prudenti probabilitati æquivalet*.—II, 624.

tandam absolutionem, quam ei denegat.—*Homo apost.*, tract. XVI, 120 (lib. VI, 631, *Si autem*).

Sufficit quod confessarius habeat prudentem probabilitatem de dispositione pœnitentis, et *non obstat ex alia parte prudens suspicio indispositionis*.—VI, 46 1, med

139. An absolvi possit debitor, antequam restituat?

Affirm., si confessarius deprehendat *debitorem paratum esse* ad restitutionem faciendam, uti debet. Si vero pœnitens aut pluries promissis restituendi non steterit, aut prudenter prævideatur propositum non servaturus, *expedit* ut confessarius restitutionem prius exigat quam absolvat, *nisi tamen aliqua gravis ratio aliter suadeat*.—II, 627.

Cum pœnitens potest statim restituere, *regulariter loquendo* dicimus... quod confessarius *non potest absolvere debitorem, nisi prius restituat*...; quia, cum restitutio sit res valde difficilis ad exequendum, si pœnitens absolveretur antequam satisfaciatur, *communi experientia, quæ habetur*, relinquitur in eodem non restituendi periculo.—*Homo apost.*, tract. X, 105.

140. Quæ sit occasio proxima?

Occasio proxima illa est, in qua homines communiter *ut plurimum* peccant.—II, 628.

Quidam auctores volunt non esse occasionem proximam nisi eam in qua homo fere semper vel ut plurimum ceciderit; sed communior et *verior* sententia docet occasionem proximam esse illam in qua *frequenter* quis peccavit.—*Homo apost.*, tract. ult., 1.^o (lib. VI, 452).

141. Regula pro eo qui in occasione proxima necessaria versatur.

Non potest absolutio (ei) denegari ob istam occasionem, si aliunde dispositus deprehendatur, et remediis præscriptis *uti velit*. Ratio est, quia nemo tenetur ad impossibile, sive physice, sive moraliter; et aliunde occasio peccandi non est per se peccatum, nec in necessitate peccandi hominem constituit.—II, 629, -III.

In praxi omnes conveniunt expedire ut iis qui versantur in occasione proxima, etiam necessaria, *differatur absolutio*. Imo... *nunquam absolverem* eum qui est in occasione proxima extrinseca... præsertim si occasio sit de materia turpi, *semper ac absolutio commode differri potest*... Fortasse alicui hæc tradens nimis rigidus videbor; sed ego, etc.—VI, 456.

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

142. An possit absolvi qui existens in occasione necessaria, etiam remediis adhibitis, eodem semper modo relabatur?

In casu adhibenda foret *regula generalis* quam S. Ligorius proponit... nimirum, ut mature perpendatur utrum in praxi difficilius sit occasionem remove, quam vitare peccatum, occasione præsentem, an vero facilius. Si difficilius sit occasionem auferre, decernatur moraliter impossibile esse eam remove. — II, 631.

Sententia verior... tenet hunc non posse absolvi, nisi occasionem deserat, *cum jactura adhuc vitæ*, si opus sit, quando nulla emendatio nec probabilis spes emendationis appareat. Ratio, quia homo tenetur cum omni jactura vitare periculum proximum peccati formalis...; cum autem nulla spes apparet emendationis, periculum utique fit formale, et a peccato seungi non potest.—VI, 457.

143. An quilibet consuetudinarius prima vice absolvi possit?

Consuetudinarius quilibet absolvi semper potest, etiam prima vice qua primum habitum confitetur, etsi nulla emendatio præcesserit; modo eam serio proponat, et pœnitentiæ signa, quamvis ordinaria tantum, ostendat.—II, 633.

Si habitus esset valde radicans, potest etiam confessarius ei differre absolutionem ad experiendum quomodo sit constans pœnitens, in praxim deducendo media præscripta, utque ipse de suo vitio majorem concipiat horrorem.—*Homo apost.*, tract. ult., 8.

144. An ordinarie magis expediat differre absolutionem recidivo rite disposito?

Recidivus præbens extraordinaria signa doloris... absolvi potest, *non autem necessario* debet. Confessarius enim *potest* absolutionem in hoc casu differre, si dilationem bono pœnitentis utilem futuram esse judicaverit, *licet ordinarie magis expediat ut non differatur*.—II, 634.

Confessarius tanquam medicus potest, *imo quandoque tenetur* absolutionem differre, cum iudicat tale remedium necessario prodesse saluti sui pœnitentis. *An autem expediat ordinarie uti hoc remedio*... ego ita censeo: si pœnitens relapsus est *ex fragilitate intrinseca*... raro expedit... Aliter agendum cum eo qui relapsus est *ob occasionem extrinsecam*, quamvis necessariam...—*Homo apostolicus*, tract. ult., 14, 15.

145. An recidivus, signa extraordinaria contritionis non præbens, absolvi quandoque possit ac debeat?

Recidivus, etiam *sola contritionis signa ordinaria præbens*, absolvi potest, et *generatim debet*, quoties absolutio non potest facile differri. Ratio est, quia ex una parte absolute judicari potest

Recidivi... ut communiter docetur, *nequeunt absolvi, si sola signa ordinaria afferant*, nempe, si tantum confiteantur asserendo se pœnitere et proponere... Nam habitus contractus et

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

sat dispositus ex signis ordinariis; et ex alia parte adest gravis ratio eum absolvendi, ne diu permaneat in statu peccati mortalis.—II, 635.

146. Ad quid tenetur confessarius qui inculpabiliter vel cum levi culpa erravit circa valorem Sacramenti?

Si error sit inculpabilis, vel leviter culpabilis, *confessarius obligatur quidem ex justitia* (ad reparandum errorem), sed cum minori incommodo.—II, 643.

147. Quid si error fuerit circa integritatem Sacramenti?

Nulla erit obligatio monendi extra confessionem, si defectus versetur circa integritatem confessionis; quia hic error vix aut ne vix quidem pœnitenti vel aliis nocere potest. Ita communitur.—II, 643-III.

148. An cadant sub sigillo defectus naturales pœnitentis?

(Videatur textus P. Gury, numer. 657, quær. 2, supra, pag. 643, not. II.)

Tract. de Extremaunctione.

149. Ubi sacra unctio facienda sit?

Facienda... 4.^o, in ore, seu *in labio inferiori*...; 6.^o, in pedibus, seu *supra pedes*.—II, 675.

relapsus præteriti sine ulla emendatione magnam præstant suspicionem quod dolor et propositum... nequam sint vera.—*Homo apost.*, tract. ult., 9.^o (lib. VI, 459).

Non tenetur cum suo dedecore aut alio gravi incommodo pœnitentem admonere; quia *talis admonitio est solius charitatis*, quæ ad tantum non obligat: ita com... Excipitur, si confessarius esset *parochus*, aut si pœnitens esset *in mortis articulo*, aut in gravi periculo *non amplius confitendi* constitutus.—*Homo apostolicus*, tract. XVI, 121.

Si vero (confessarius) *positive induxit pœnitentem ne expliceret species sive numerum (peccatorum)*, tunc, si cum culpa gravi id fecerit, *tenetur* etiam extra confessionem, cum licentia pœnitentis, eum monere de errore; sed sine scandalo et sine gravi suo damno.—VI, 620.

(Cfr. doctrinam S. Alphonsi, lib. VI, num. 642, etc., supra, pag. 643, not. II.)

Ad os, compressis labiis... Ad pedes, scilicet, in plantis.—VI, 711.

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

150. An sit obligatio gravis recipiendi hoc Sacramentum?

Duplex est sententia probabilis. Prima affirmat. Secunda negat... Ita S. Ligor., num. 733, ubi hanc sententiam communem vocat, licet primam omnino *suadendam* putet, præcipue ratione charitatis, quam sibi quisque debet.—II, 692.

Si vero (adhibitis exhortationibus) infirmus... pergeret nolle ungi, *valde probabiliter* plures doctores docent eum *lethaliter* peccare, saltem *adversus charitatem erga seipsum*, cum ultro se prioret tanto auxilio in tanta necessitate.—*Homo apost.*, tract. ult., 48 (cfr. tract. 17, 12).

Tract. de Ordine.

151. An ad valorem ordinationis requiratur tactus physicus instrumentorum?

Dicit S. Ligorius duplicem dari sententiam probabilem, et consequenter tutiorem in praxi sequendam esse. Attamen sententia *negativa tuta dicenda est* ex decis. S. Cong. Rituum.—II, 702.

Negant alii, quorum sententiam merito putant probabilem... *Affirmant...* vero *cum sententia communiore*... et cum hæc sententia sit etiam probabilis, recte dicunt doctores præfati *omnino in praxi tenendam*.—VI, 743.

152. Qua ratione possit Episcopus ab interstitiis dispensare?

Episcopus potestatem habet ab interstitiis dispensandi, si *expedire ipsi videatur*, modo debitum temporibus ordines conferat.—II, 713.

(Disting.) Ut a minoribus ascendatur ad subdiaconatum, requiritur anni spatium; nisi *necessitas*, aut ecclesiæ *utilitas*, iudicio Episcopi, aliud exposcat (ex Trid.) Ut a diaconatu ascendatur ad sacerdotium, requiritur saltem anni intervallum; nisi ob ecclesiæ *utilitatem ac necessitatem* aliud Episcopo videretur... *Intellige necessitatem moralem*, nempe, utilitatem notabilem et *certam* propriæ ecclesiæ.—*Exam. Ordin.*, 41 (cfr. VI, 795).

153. An sit concedenda absolutio clerico habituato in vitio turpi occulto, qui ad ordines sacros ascendere velit sine prævio continentiæ experimento?

Negat. respondet S. Ligorius... Excipit casum in quo Deus donet pœnitenti extraordinariam compunctionis gratiam, quæ eum reddat adeo probatum, ut ipse statim possit sacrum ordinem suscipere... *Alii tamen aliter*

(Contra primam quæstionis partem S. Alphonsus *unum tantum auctorem* dissentientem allegat: contra secundam vero plures quidem auctores affert; sed istorum sententiam, quæ scilicet, longior annorum probatio re-